

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

Herr Rutlieb vnd der Bonhart. harüber ze mer geweren Vrkvnde han ich disen Brief besigelt mit des Lantgerichtes ingesigele. Der wart geben an dem guten Tage vor sant Gallen Tage in dem Jare do man zalte von Gottes Geburte druzehenhundert Jar vnd nün Jar.



CCVIII.

HENRICUS VII. ROMANORUM REX MARCHIONI
DE BADEN CLERICO OBLIGAT PRO MILLE LIBRIS
HALLENSIBUS OPPIDUM HEIDELSHEIM.

A N N O M C C C X I.

Ex Tabulario Bada-Badensi.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Romani Imperii fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum: Ad Universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, quod cum nobilis Vir Cunradus de Winsperg Advocatus noster provincialis Oppidum nostrum & Imperii Heydolfesheim nobilibus viris Cunrado Comiti de Vehingen pro octingentis libris & *Marchioni de Baden (a)* pro mille libris Hallensibus pro serviciis nobis & Imperio factis & faciendis nostro nomine duxit obligandum Nos eidem obligationi seu obligationibus sicut rite & provide factæ existunt consensum no-

(a) Clericus hic erat Hermannus, Hessonis filius, Rudolphi Hessonis frater qui obiit A. 1338.

frum adhibemus benivolum & expressum presenciam testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum. Datum in Castris a - - - Brixiâ iij. Non. Julij Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo. Regiminis vero nostri anno tercio.

(L. S.)



CCIX.

ADELHEIDIS DE OCHSENSTEIN, MARCHIONISSA SENIOR DE BADEN, CONSENSU RUDOLPHI SENIORIS MARCHIONIS BADENSIS, FILIASTRI SUI, MONASTERIO LUCIDÆ VALLIS CURIAM IN WILLRE CONFERT.

A N N O M C C C X I.

Ex Tabulario Bada - Badensi.

Nos ADELHEIDIS, dicta *de Ochsenstein*, Dei gratia *Marchionissa*, *Senior de Baden*, tenore præsentium publice profitemur, quod nos accedente voluntate pariter & consensu *Rudolphi*, Dei gratia, *Marchionis Senioris de Baden*, filiastri nostri, contulimus & attestatione præsentium confirmamus Jure perpetuo libertatis clastro Dominarum de Lucida Valle Curiam nostram sitam in Willre, quam colit dictus *Fugelin*, de qua Curia dantur Triginta maltera filiginis annuatim, ut de iisdem redditibus anniversario *Rudolphi*, *Marchionis bonæ memoriæ*, quondam